contra fixa ab ignis vi non possunt vinci sed in eo incorruptibilia perseverant, quoniam habent Sulphur purissimum, ac eorum principia Sal, Sulphur, & Mercurius harmonica proportione, dispositione & contextu gaudent, ita ut hic sit quasi illorum principiorum temperamentum ad pondus I. adjustitiam, ut sic cū quibusdam Medicis loquamur. Quæ harmonica Principiorū dispositio in aliis metallis ignobilioribus exulat. Nam in hoc vel sulphur est impurum, vel in aliis est sal impurum, in aliis Mercurius peregrino Ente imprægnatus, multisque heterogeneis particulis inquinatus. Hinc dicuntur & audiunt metallæ leprosa, cujus medicina est alcahest, vel naturæ purum II. Quod transmutatio metallorum possibilis sit, probat metallorum instar plantarum vegetatio, & germinatio, & hinc herculeum desumitur argumentum: quod si, ut plantæ crescant, & tum eorum semen arvo genitali demandatur, tum facile illorum conversio in meliorem statum obtineri potest. Quod autem æque anima vegetativa ipsis tribuenda sit ac plantis jam evictur sumus per rerum experimenta, & rationes. Hennius in observationibus ad epist: itinerariam 4tam Tollii ita fatur: Certissima hæc & verissima sententia est, & cum rerum experimentis, tum rationibus confirmatur. Lubet paulo altius rem repetere, ac primum per exempla ire) I. Aurum. Circa Philippos in Macedonia ferunt, Metalla inveniri, quorum ramenta crescent disjecta, aurumque manifesto producant. In Pieria Macedoniæ fertur aurum non signatum in quatuor terræ hiatus defossum esse a Regibus priscais, ex quorum aurilamina palmi magnitudine excreverit. Aristoteles de Mirabil.

*Hennius.**Aristoteles.*

rabil. paullo post pr. p. m. 1087. 1088. ed. Læmarianæ
 1597. Aurum obryzum, instar fili contortum, ex Terra
 prognatum longitudine ulnæ, pondere drachmarum
 sex, in fluvio Tartza, prope pagum Tartza, a quo
Eperies, superioris Hungarie Urbs distat IV. milliaribus,
inventum adservat Augustissimum Cæsaris Gazophylacium.
 Phil. Jac. Sachsius a Lewenheim in Eph. N. C.
 Dec. 1. An. 1. Obs. 131. p. m. 254. Apud Sirmium Panno-
 niæ urbem, interdum in vitibus capreolos esse reperi-
 tos vere aureos, & ex his monetam auream cusam, testi-
 monio Fulgosii narrat Fort. Licetus de Spont. Viv. Ort.
 IV. 72. In Hispaniola Americe Insula, Auri feracissima, in
 montibus quibusdam sunt arbores, habentes vivam
auri venam, quæ, quacunque patet iter, e radice, per
 apertas mollesque scatebras, ad superna montis su-
 percilia ramos emittunt, nec unquam quiescunt, do-
 nec cæli auram assequantur; ubi, viso aëris fulgore,
 pro fructu formant bracteas & grumos auri: ita Petr. *Petrus*
Martyr Rer. Oceanic. Decad. III. l. VIII. p. m. 269. In *Mart. typ.*
Gallia an. 1602. in *Lugdunensi Territorio*, prope pagum
S. Martini le Plaine, in vinea cuiusdam rustici, cum di-
 tissimæ auri mineræ inventæ essent, ex erutis par-
 ticulis, una, auri hujus Virginei, tam artificiose palmitem
 exhibuit aureum gemmas protrudentem, ut magnum
 hoc naturæ miraculum Regi Henrico Magno fuerit ob-
 latum: Pier. Matthieu Hist. de la France T. II. l. V. nar-
 rat. 1. p. m. 209. Fuit in Germania, cum in vineis, cir-
 ca Dresdam, Albi adjacentibus, vinitor ex terra ferti-
 lissimæ vineæ prominentem videret funiculum, quem
 dum lente extrahit, ad aliquot ulnarum longitudi-

nem, disrupto tandem funiculo, aurum obryzum esse,
Lapis Lydius testatus est. Sachs Ampelograph. Cu-
rios. I. 5. p. m. 41. In citeriore Germania, etiam in to-
to Mœni, Nicrique tractu, item in Alsatia, vites miri-
fice germinare, frondes geniculatas emittere; ac in-
ter eas esse quasdam, quæ claviculas, & plerumque
candidantia folia ex puro auro germinantia, & simul
coalescentia habeant, ex oculatis testibus narrant A-
lex. ab Alex. D. G. IV. 9. G. Merula Cosmogr. X. 27.
Anton. Mizald. Memorabil. Cent. II. §. 1. J. B. Porta
Phytognom. II. 6. Anno 1651. in Arce Patack prope
Toccavium, assidente cum Principibus ad mensam
Archiatro, Matthæo Heldio, Sereniss. Principi Rago-
zio dono apportabantur *botri*, acinis, compactis *auri*
atomis, mire splendentibus, adeo ut folliculi, seu mem-
branulæ exteriores auro quasi obductæ fuerint, quos
racemos, de hoc judicium rogatus, ipse Heldius ma-
nibus tractavit. Sachsisus II. ex ore Heldii. In Hunga-
ria vitem supra auri venam prognatam, cuius trun-
cus non solum totus *aureis* velut *filis* fuit, sed & in qui-
busdam granis seu acinis auri obryzi granula invenit
Joh. Joach. Becherus Metallurgi. I. p. 2. Mart. Henr.
de Frankenstein, Poliater Eperiensis, possedit aliquos
botros & acinos, circa Toccavium inventos, *auri* gra-
nis imprægnatos, & circumvestitos. Idem ait, in *Toc-
cavienſi* tractu præcipue, ubi generosissima nascuntur
vina, videri non raro, *aurum* ex terra simul, instar
funiculi, modo rotundi, modo angularis, cum trun-
co enasci, adeo arte, ut videatur simul progerminasse;
imo, instar convolvuli bonam trunci partem ample-
cti,

Eti, cuius se s^epius testem oculatum fuisse, affirmat: & hoc ibi maxime accidere, ubi Terra Toccaviensis Alexipharmacum, quæ in se *Auri Sulphur* copiosum continet, eruitur. Idem narrat, Nobili Hungaro, Walpataky nomine, fuisse vinitorem, qui, dum aliquando lassus a labore in vinea federet, forte conspexerit ex terra *exsurgentem materiam* quandam *flavam*; eandem dum amovere tentarit, viderit, altius humi radices egisse, & solo firmissime adhærere; donec tandem, ligonis ope perculsa & excusa immobili hac materia, *dentem* quasi *aureum* extraheret, quem, ubi Aurifabro monstravit, audiverit esse optimum *aurum*. Locum hunc dum Vinitor probe observarit, eoque redierit, viderit rursus alium *auri dentem* denuo progerminasse, quo rursus vi decusso, iterum postea aliquoties lucrosum hunc fructum repetierit, donec cum *Nibili*, & tandem cum Principe, super jure possidendæ vineæ lis exoriretur. Item, aliquando rustico, dum arato terram vertit, simul aliquot ulnas *aurei filii* extractas e terra fuisse; quibus, dum ligna in urbem Eperiensem vheret, jugum bubus hoc funiculo anne^ctare voluerit. Dum autem prope Aurifabri ædes ligna venditaret, & hic *aurum* cognosceret, exquisita origine, parvo pretio a rustico redemptum fuisse, facta, sed vana promisorum spe, se rusticum plures ejus notæ funiculos adferre velle. Idem Vir nobilissimus annotat, *Procopium Bonanum*, *Cæsareae Camere in Fodinis Regiis Hungariae* Archiatrum, plura talia exempla *Auri vegetabilis* allaturum, libro de admirandis Hungariæ. Sachs II, 2. ex litteris Franckensteinii. Celfissimus Dominus Fran-

ciscus Redai, electus *Transylvanie Princeps*, dono mihi dedit auri drachmas tres, quod dum in fodina fuisset, Butyri instar pingue fuisse, dixit; at, cum superas evassisse ad auras, statim ad instar auri solidi induruisse; habet vero idem aurum ejus rei indicia. *Acinum* habui quem a me illustrissimus Dominus Alexander Lutomavvsky, *Palatinus Cracoviensis*, accepit, ex uva extractum, quem Aurifaber in lapide Lydio examinans invenit XXVII. carattorum. Quae adductæ historiæ narrantur ab Excellentissimo Hennino in annotationibus suis ad epist. IV. itinerar. Tollii pag. 124. &c. Plura quidem habet exempla, ast hæc sufficiunt. Quam farraginem claudemus hac historia quæ legitur in medulla naturæ Seyfridi. Kurz verlittener Jahren sandte der König in Abyssinien / oder Æthiopien / der ingemein Priester Johann genandt wird / eine Gesandtschafft an den Gros Mogol König in Indostan. Unter andern Präfanten / die der Gesandte bey sich hatte / war auch ein Gewächs von purem Gold allerdings wie ein Baum gestaltet / zween Schuh und vier Daumen hoch : am Stamm aber / fünf bis 6. Daumen dick. Seine Neste / deren er 10. oder 12. hatte / waren theils eines halben Schuhes lang / und Daumens dicke; etliche aber kurzer / und also auch viel subtiler. An theil der grösseren Nessen / war eine rauhe Erhöhung / die sich gleichsam in Knopfe zusammen schlosse. Die Wurzeln dieses Gold-Baumes waren kurz und gering / die grösste hatte nicht über fünf Daumen in der lange; alles sein Gold. Und dieses ganze Gewächs war also von der Natur in der Erden formiret worden. J. B. Tavernier. lib. II. cap. 5. art. 10. p. 441. Memini me quo-

Seyfrid.

quoque in die Kern-Chronic^t talem arborem auream & terræ gremio instar plantæ natam a quodam Indorum Rege Portugallia^e Regi dono esse transmissam; sed quo anno, vel qua pagina illa historia legatur, amplius non recordor. Priorem historiam ex Seyfrido recitat quoq^z Excellentissimus Cluverus Mathematicorum nostræ [&] Cluverus. tatis. Princeps, in sua Crisi temporum, anno 700. p. 308. Eandem vim germinantem vel vegetativam quoq^z II. Argento esse tribuendam, ipse Henninus hisce historiis Henninus. evincit. In Museo Ferdinandi Imperati Neapolii monstratur naturalis *arbuscula argentea*, quæ in *Minera argenti* fuit effossa, Vide Imperat. Disc. Nat. II. pag. 16. adde Joh. Gerhardum in Medicin. Univers. Assert. & Defens. pag. 23. Monstratur Dresdæ in *Technophylacio & Cimelioribeca Electorali*, *Crux naturalis argentea*, quæ instar vegetabilis ex minera autrupe enata est, & infra eidem quibusdam ramulis, quasi radicibus, annexatur; de qua Testes oculati Monconys Voyag. T. III. p. m. 105. qui & depingit; & Christian. Adolf. Balduin. in Append. 5. ad An. IV. & V. Dec. I. p. m. 29. Cl. Patersonus Dec. 1. An. 2. p. m. 28. Sachsio mittit *mineram argenteam*, in cuius una parte eminent *argenti aliquantum solidi*; separatim altera parte *filum argenteum* elegantissimum, ex filice prodiens, & filici intermixtum & in silem desinens, raro & curioso spectaculo. Talis etiam *argenti minera Hungarica*, *fila argentea ostendens*, quorum unum ex filice enatum iterum in silem inseritur, fuit Lucæ Schröckio, L. F. Medici ordinis ornamento, in Eph. N. C. Dec. II. an. 3. in Scholio ad Obs. 39. Dantisci in Museo Domini de Noyers, Pri-

urnam
et max
date

Primarii quondam Reginæ Poloniæ Secretarii, fuit massa argenti cum puris putis nativis argenti ramusculis; item notabilis *Minera argentea Vegetabilis*, pondere ad aliquot libras accedens, tota pura, gediegen vocant, elegantissime arbusculis, plantis, & multis signaturis a polydæala Natura exornata, a Rege *Hispaniorum* Possessori dono data: testis oculatus vidit Christian a Pauliz, Archiater Johannis Casimiri, Regis Polonie in Eph. N. C. Dec. II. an. 3, in Scholio ad obs. 113. Olaus Wormius possedit *Massam argenti*, unciarum XII. pondere, quæ vitem ramis suis varie diffusam æmulabatur, ut videatur natura hic lusu vegetablem vim exseruisse, quæ vitem varie farmentis suis intricatam effingeret: narrante ipso Wormio Musei. lib. I. sect. 3. c. 2. p. 116. Qui plura desiderat evolvat Excel- lentissimi Polyhistoris Paulini Zeit kurzen Lust parte 2da them. 160. p. 323. usque ad pag. 326. ejusdem Philosophische Lust-Stunden parte 1. them. 79. p. 515. 516. &c. Quod & quoque vegetatio & germinatio in cupro, in ferro, in stanno, & plumbo admodum vigeat, & palin-

Paulinus.

genesiam exerat, docet Henninus allegato loco pag. 126. 127. Quæ allata exempla abunde evincunt, plantarum vitam quodammodo vivere quoque metallæ, quod quidem admirationem meretur, Deum T. O. M. prospicere voluisse metallorum inopiae, ne illa unquam ante mundi analysin deficerent; sed magis admiretur, quod hæc ars imitetur naturam, & aliquatenus natu-

Henninus.

ram vincere videatur. Sicque multi Chimici sc. Nicolaus Lemery in suo laboratorio Philosophico cap. 11. pag. 85. 86. 87. &c. & Saint Romain in sua Physica cap.

Lemery
*Saint Ro-
main.*

cap. 11. p. 248, 249. &c. Arborem Dianæ componere docet , quam compositionem istius arboris quoque commemorat Henninus allegato loco, & sic habet: Sed & per artem arbor crescens *argentea* , sive Philosophica fieri poterit. Scilicet *solve* argenti q. s. sive unciam dimidiā , in Spiritu *nitrī* , affunde *aqua fontane* uncias quatuor , injice dein *Mercurii communis* unciam unam vel alteram : sic mixta , diligenter cura , ne turbes , & videbis metallum *ramuscūlos* ac *frutices* jucundos sursum emittere cavitatem vitri occupantes: quod expertus testatur Balduin. l. I. pag. 29. hanc vero arborem *philosophicam* , si immotam serves annum integrum , crevisse *Argentum* videbis. Augmenti causa Mercurius , qui , quantum *argento* augescit , tantum naturæ suæ deperdit , in argentum mutatæ : uti hoc de experimento ex arte agit Job. Hisk Cardilucius in Laz. Erkeri Aul. subterr. lib. 1. p. m. 89. Alium modum tradit hujus germinationis artificiæ Balduinus l. I. p. 84. sed non docet , quo incipi modo rite debeat , quo igne regi , ostendendus verius , quam docendus modus : audi verba ejus : *Communi sulfure calcinatas argenti cuncti impulverem redigo laminas* , vel *nummos pure argenteos* ; quibus deinde , injectis *Crucibulo* ac subditis prunis , nonnullas subinde *sulfuris* imbibibisset . Jam contenta in *Crucibulo* , *argentea* Massa , horæ fere unius quadrante minus , rotæ ignem tolerarat , cum , surgentibus , ecce , paullatim minutis compluribus argenteis , iisque durioribus *arbusculis* , *ramisque* , altitudine ea , quæ latum pollicem parum , vel non excedit , regerminationis auspicia capio feliciter. Addit , deinde se

D

non

26 *Excitatio vegetationis per artem in Metallis.*

non sine admiratione deprehendisse, prodiisse purum
putum *argentum* tum *arbuscularum*, tum *graminis* spe-
cie, nec non *frondium*, *capillorumque* pullulans, quaæ
naturales alias in fodinis, vegetabilis metalli species
gemello modo per omnia pariter exhiberet. Cui ar-
bori *Dianæ* jungimus illud perquam elegans, & stupen-
dum experimentum, quod narrat Excellentissimus &
artis chemicæ vindex strenuissimus, *Olaus Borrichius*
in suo aureo opere de ortu & progressu Chemie. pag. 102.
103. 104. 105. Quanquam plures in puteo Democriti
germinationes metallicæ hactenus delitescant; unam
sed elegantissimam, & curiosi otio non indignam sibi
inter labores metallicos natam describit plene *Lazarus*
Erckerus in *Op. Metall.* unam ex lunæ minutis balsa-
mo sulfuris singulari modo in coctis mihi Parisis ge-
nitam probe memini; sed unam præ omnibus admirabilem
visam sibi *San Simonius*, & sc̄epe & sancte, me
audiente, coram affirmavit, quam, quia nec *in ullo au-
tore Chemicō, Hermete, Lullio, Rogerio Bacone, villa-
novano*, aperta arca arcā artif. aut ullo denique scri-
pto expressam, hactenus invenire licuit, non gravabor
hic in curiosorum gratiam plenius attingere. Ante
hos viginti circiter annos, cum *Condaeus Princeps*,
Hispanorum partibus addictus, per Flandriam, Bra-
bantiamque bello fulminaret, filium suum, nunc Du-
cem de *Anguin Bruxellis* studiorum caussa reliquit, ma-
gno sapientum Virorum satellito stipatum, quos inter
San Simonius hic Heidelbergensis domo, longa affue-
tudine Gallus, hodieque dicto Principi a secretis, vir-
si quis aliis, animo, & fide Germanus, & a nudis alic-
nis

*Olaus Bor-
richius.*

nissimus. Adit ergo *San Simonium*, hunc Bruxellis
tum viventem, &c, ut sit, animi gratia, naturæ secreta
per otium sollicitius investigantem *Leodiensis* quidam,
ignoti vultus, ignoti nominis, in corporis cultu modi-
cus, &c, audio, inquit, *Domine te ad curas quandoque
Chemicas descendere, & nobili hoc otio genium oblectare*, sed ab ignavis rerum secretarum Magistris pendere
nimium, eoque nihil hactenus spectasse admirabile; ecce!
ut oculis tamen usurpes coram non omnia vana esse, que
Chemicum profuetur studium, pulvisculum hunc minutum
quidem, ut vides, & vix granum hordei unum pondere
quantem fidei tuae committo, ea lege, ut post horas
sex revertenti mibi reddas integrum, interea ut curiosi-
tati tuae obsequaris, ita procedito: *Cape sis ex profiente,*
vel quavis alia fontana aqua libras tres, quatuorve,
quibus vitro exceptis pulvisculum hunc incerne, mox
repetito opere vasculum subinde quassa, ut aqua ex
pulvisculi admixtione tenue quiddam abradat, secum-
que concorporet. *Elapsis horis aliquot subsidentem pulvis-*
culum translato per inclinationem in vas aliud liquore,
sicca, ut mibi bona fide restituas. Paret *San-Simonius*,
& dicto obedientem se ostendit, ambiguus futuri. Re-
dit sub vesperam *Leodiensis*, pulvisculum suum reci-
pit, & ad *San-Simonium* versus, vires, inquit, *aqua tua*
gam me abeunte periclitare, infusisque aliquot Mercurii
vulgaris uncis, germinationem uitilem expecta. Et si-
mul paucis ultro citroque dictis recedit. *San-Simo-*
nus rei bene gerendæ cupidissimus, Mercurii mox
uncias octo obiter infundit, & aliquandiu, si qua argen-
teus ille ramus in illustre germen sese porrigere mo-

hiatur, oculis in connivens spectator vitro frigido assit. Dictum, factum. Surgit paullatim ex globo suo Mercurius, & mille ramulis argenteis, quasi totidem filis tenuissimis, æqualissimisque per universam, quæ patet, aquam, gloriose se explicat, supra etiam supremum aquæ marginem filamentorum extrema protendens. Superficies autem lymphæ, quod studiose custodiendum, interea oleoso quodam liquore, hinc inde respersa notabatur; quod, opinor, crassum quidam, heterogeneumque contineat vulgati usus Mercurius, cuius interventu a coagulatione prohibetur, quo, per subtile artificium, remoto, partes ejus se facile mutuis faciebus amplexantur, hærentque tenaciter, & constantis metalli titulum sibi vindicant. *San-Simonius* postridie aqua vitro alii infusa, filamenta hæc omnia colligit expressoque manu humore, ad vicinum mox fabrum argentarium deportat, rogat officiose, velit per omnia examina scrutari metalli hujus ingenium, & constantiam ejus in ignibus periclitari. Mirum quiddam, & inauditum, *Aud.* deprehenditur, post universa ignis supplicia argentum probatissimum, & nihilominus sine igne ita se permiserat cicurari in fenestra, Octobri mense, utcunque aer Bruxellensis ad frigidum id temporis inclinet, suspenditante satis virium, ad expellendum illud excrementitium oleum, sale illius pulvisculi, ab aqua, per intercursum primi, secundique elementi Cartesiani ad motum incitato. *San-Simonius* audacior successu, restanti aquæ novum infundit Mercurium, novum videt nemus consurgere priori gemellum, inque sincerissi-

rissimam argenti massam immutatum ; experitur
idem tertio, quarto, quinto, sexto, felici semper even-
tu, langvescente tamen paullatim, & novissime fatiga-
ta aquæ virtute ; quo factum, ut plures ad spectandum
miraculum in domum suam invitaret, quos inter Prin-
cipes aliquot Angli Bruxellis tum forte commorantes.
Illud perillustre exemplum vegetationis argenti quod
ex Borrichio adduximus, omnes omnino homines in
admirationem rapit, & ipso quoque Lapide Philoso-
phorum præstantius & merito æstimatur. Eundem
effectum vegetationis quoque in auro procedere ad-
ducit experimentum *Henninus* all. l. ex *Happelio Chei-*
Henninus
et Happelius
Cheirag. Heliac. de Aur. Philosoph. p. m. 30. ubi ait : No-
tum esse, ex Minera quadam fertili, & liquore aliquo,
ejusdem appositionis menstruo, perpetuum Solis
augmen Feminæ cuidam nobili succrevisse : Auro
surgente primum instar graminis viridi colore, postea
sensim apicibus in Solem vergentibus, qui forpice de-
meti poterant. Quodsi nunc metalla in terræ visce-
ribus, & quoque ex terræ gremio in aërem per vege-
tationem, non secus ac plantæ a natura protruduntur :
satis exinde evinci potest, quod metallorum trans-
mutatio per artem sit possibilis, & eo fine tam proli-
xam farraginem historiarum adduximus, ut tanto evi-
dentius constaret quoque metallis suam animam esse
vegetativam, & beneficio vegetationis, quam quoque
per artem procurare posse nos per exempla demon-
stravimus. Sed aliquis opponere posset : quodsi me-
talla per modum vegetationis crescant, necesse etiam
est, habeant sua semina. Verum respondeatur, & ul-

D 3

tro

30 Excitatio vegetationis per artem in Metallis.

Metalla, & tro largimur, quod habeant sua semina, in visceribus terræ latentia, quæ nunquam non in actum secundum progredi, dummodo naturæ auxilium adjuvans vel ei Essentiam analogam.

Experiuntur, moliuntur; & cum metallis non secus comparatum est ac cum plantis: quædam plantæ quoad totam substantiam sunt seminificæ, ita ut, ramus ab iis avulsus, in terram insertus crescat. Aliæ plantæ habent semina suis caliculis inclusa, & solummodo seri quoque debent: Sic & metallæ tota sunt seminifica, ita, ut per modum vegetationis crescere & adolescere videantur. Et illa sopita vis vegetativa ex actu primo in actum secundum beneficio artis excitatur, ut docet exemplum de argento & auro. Quod si nunc artifex vel Chemicus sciat, quodnam sit auri vel argenti aruum genitale, tunc facilissime poterit producere pro lubitū, in suis vasculis, aurum & argentum. Et quod aurum multo facilius, vel æque facile per vegetationem possit produci quam argentum loquuntur Chemicorum, præprimis adeptorum, observatiōnes. Quas nam autem vires vel virtutes habeat Lapis Philosophorum, docet Volum. 2. Theatri Chemicī, pag. 304. Prima quidem, quia Mercurium crudum in igne positum, & quælibet alia metalla subito in verissimum Solem meliorem omni naturali convertit. Secunda, quod homines in squalitate & juventute conservat, repellendo ab eis cunctos languores. Tandem, quod lepram depellit, caducum morbum, & alias multas fere incurabiles infirmitates mulcet, ac etiam removet. Et hæc omnia operatur plus quam omnes Medicorum medicinæ, vel potionēs, vel confectio-

nes

Volumen.
II.



nes quæcunque. Præservat etiam & protegit hæc medicina in confectis apposita, ne quis morbus eidem advenire in futurum possit, ut dicit *Lilium*. Sicque fit antidotum & medicina omnium corporum curandorum & purgandorum, tam metallicorum quam humanorum. *Rosarius* quoque multa specificat, dicens: Conservat sanitatem, & roborat virtutem, reparat juventutem, purgat spiritualia, purgat pulmonem, venena cuncta expellit, morbos tollit, leprosos in vino bibita paullatim curat. Tertia, quia multa mirabilia cum ea fiunt in aliis rebus. *Lilium* affert insuper: Vitrum malleabile facit, & ex Crystallo fuso cum ea carbunculum trahimus, & ex mille perlis unam prægnantem & naturali similem componimus. Quam ingentes vires sibi de hoc Lapide Philosophico prominent, adepti ex Scripto quodam Alchymico, Kern der Alchemie dicto p. 70. 71. elucet: Quod scriptum ex Anglico in Germanicum J. L. aliquando convertit: Ich habe demnach / ait, wie gedacht / ein Pulver gesehen / welches an seiner Tugend und Kraft dermassen vermehret war / dass es schwerlich zu glauben / sintemal eine geringe Quantität / so kaum vor ein Gran anzusehen war / und in Wahrheit auch nicht viel mehr wog / eine so grosse Menge Mercurii zu Golde verwandeln könnte / dass es möchte für eine Lügen geachtet werden. Kein Mensch könnte durch Kunst dessen Zahl erreichen / so es auch war / so blieb es doch noch alles Tinctur; denn dieses Gran ward auf eine Unzæ geworfen / in welcher Vollkommenheit es so überflüsig war / dass alles zur Essenz gemacht würde / vor welcher abermal ein Gran auf zehn mahl

32 Excitatio vegetationis per artem in Metallo.

mahl so viel geworfen / das ist ein Unz auf zehn / und
dem diese abermal auf zehnmal mehr / würde doch auch
noch zur Medicin; Noch zehnmahl mehr zu einen von
diesen wolte noch nicht genug seyn es zu Metallen zu brin-
gen / und war noch nicht genug mit dieser vorher getha-
ver Projectionen temperiret; Aber zulezt tingirte ein
Theil neunzehn tausend / Gran hattingirt 912000000.
sind 190416656. Unzen/welche machen 119104½ Pfund
304666656. Rthl. thut 3046. Tonnen Goldes 66756.
Thlr. an Millionen 3046. Tonnen Goldes und 66656.
Rthlr. Quis non stupet ad tam ingentem vim unius
grani? Plura vide sis de viribus L. p. in nost. opere de
euro p. 240. 241. 242. 243. Et felix ter quaterque fe-
lix, quem Deustali mactat dono, hicque Deo T. O.M.
hecatombas precum gratissima mente, & devotissimo
animo offerat. Quantum ergo donum sit, hinc colli-
gi potest. Haec de Lapidis Philosophici viribus dicta
sufficient, jam materiam istius divini operis conside-
ratur sumus.

THESES. II.

Materia ex qua Philosophi suum lapidem compo-
nunt, est vegetabilis, mineralis, & animalis;
nunquam non figura accurate rotunda, sphaerica
mathematice tali gaudens, cuius figura tam mor-
dicus tenax est, ut nec per natura, nec per artis
potentiam eam violare liceat, natura eam gignit,
est ope artis aliquius obtinetur.

Exego-

Exegeſis.

Hic Oedipo, non Davo opus: hic Rhodus hic sal-
tus. Quoniam jam de materia divini artificii, quod
sublimior Philosophia dumtaxat suos docet filios, Deo-
que dilectos, acturi sumus, apertius loqui non possu-
mus, neque nostra sunt verba quibus hanc thesin in-
clusimus; sed sunt verba illorum hominum qui istam
artem callent, & ex eorum scriptis mutuati sumus, ut
qui istius arcani prorsus ignari sumus; sed ut eam
istius divinæ Philosophiae monumenta adumbratam
milleque ænigmatum, fabularum, emblematum invo-
lucris testam, Democriti puto submersam tradunt,
propinamus. Quomodo eam prisci Philosophi suis ima-
ginibus, figurisque hieroglyphicis obscurarint docet
nos horum arcanorum summus Mystra Paracelsus, libri *Paracelsus*
de maginibus cap. 3. p. 302. Also sehet auch an Herme-
tem, Geberum und andere Philosophos mehr/ haben sie
nicht auch ihre Kunst Alchymiam und Spagiriam mehren-
theis durch Bilder und Figuren / auch die Magica ange-
zeigt? Wie dann hernach wird gnugsam fürgehalten. Derer
Bilder und Figuren und alten Gemählen/ noch sehr viel/
an manchen Orten / da man aber kein Achtung drauf
giebt/ denn man ihr Bedeutung wenig bedenkt/ noch viel
weniger erkennt/ doch aber nicht ohne grosse Ursache dar
sind/ und von den alten Magis ausgezeichnet/ und aufge-
rissen worden. Und das ist von gar alten Zeiten mehr
denn jetzt im brauch gewesen/ das beweist sich noch oft
gnugsam / daß man noch zu unsren Zeiten/ etliche mahl an
selhamen Orten / oft ungesucht wunderbarliche Bild-
nissen/ und Figuren findet/ etwan in alten Capellen/ in

E

Grüſt

Gräbern / in Höhlen / in heimlichen Gängen / in Felsen / in Stein-Kluftten / in Inseln / und an wilden unbewohnten Dörfern. Wo nun an solchen Orten Bildnisse / oder Figuren gefunden werden / da ist grosse Achtung auf zu haben / denn die nicht ohne grosse Ursache da sind / und oft wunderliche Deutung haben etc. H. I. Multas tales imagines, tam pictura, sculptura, quam & cælatura pluribus in locis existere, quæ hoc arcanum naturæ & artis, istius mysteriis ignaris occultent ; sed hujus mysteriū gnaris sat aperte prodant, credimus : cumprimitis in antiquissimis templis. Verum & non raro istis imaginibus, talem sensum hujus notitiae avidi effingunt, cum tale quid non denotent vel significant. Hi homines similes sunt ictero laborantibus, istis omnia flava, cum tali colore non tincta sint, apparent. Quidam adepti in iis figuris, quibus ignaros & indignos, ab ejusmodi artis faeris abarcant, & suis filiis manifestant, felices sunt in effingendis, quidam etiam adepti in istis figuris fingendis, vel ingenii stupiditate, vel studio, non æque evidentes sunt ; ut hinc quoque ingeniiorum, vel & benevolentiae diversitas acuminis eluceat. Felicem in istis figuris pingendis aestimant Michael. Meyerum, qui & præ multis aliis, in suis symbolis aureæ mensæ Hebdomade Philosophica, Emblematibus, & luso serio &c. in istis figuris luxuriat. Talis picturæ & imaginis mentionem injicit Töllius in sua II. Epist. Itiner. p. 41. Gratiis tandem ex more debitoque submisso actis, rogare exemplum ausus sum picturæ, quam in triclinio quodam illuc videram, & Serenissimus Elector (scil hujus Magni Regis Borussiæ beatæ memoriae Parense) pro solita sua Clementia liberalissime,

me,

me, suis se mandaturum respondit, ut ejus compo-
sierem; erat ea nemini intellecta, quia Chemici at-
que hinc illius argumenti Hercules effectus, populo
coronatus, erat cum Mercurio, tanquam ultimo
adversario depugnans, prostrata jam Venere, cui
suum aderat filiolus mellitus, sed tristiculus Cupi-
do; Mars Venere itidem devictus, & torvo adhuc vultu
Herculem respiciens, armataque ense dextra adiacebat.
Neptuno porro & ipsi adjecto ventrem Hercules sini-
stro premebat pede, & hinc velut exanimis cum proje-
cta adlatus lagena, unde vinum rubrum, ad instar san-
gvinis, effluxerat. Aderat e cælo Pallas Herculi victo-
ri lauream porrigena. Quidam Germanus adeptus
Lamb-Sprinck dictus, quindecim figuræ quarum ve-
lamine, Lapidis Philosophici materiam, confectionem, *Lamb-*
ejusque perfectionem, & complementum adumbrat,
immò obscurat, habet. (1) *Figura* hanc inscriptionem
habet: animadvertere & recte intelligite pisces duos
in mari nostro natare. Mare est corpus: duo pisces
sunt Spiritus & anima. Figura repræsentat duos pis-
ces in mari natantes, sibi invicem obvios. (2) *Hanc*
inscriptionem præ se fert: hic celeriter animadver-
te nigram feram in silva. Putrefactio: in hac figura
depingitur vir gladio & scuto armatus, contra draco-
nem, alis instructum pugnans. Denotat putrefactio-
nem. (3) *Figura* loquitur: deinceps sine cura scitore,
in silva ceruum & unicornu latere. In corpore est
anima & Spiritus. Hæc figura ostendit in silva cer-
vum grandem & unicornem. (4) *Figura* est, hujus
soni: Summum portentum, ex duobus leonibus unum
fieri.

fieri. In hac figura duo leones delineati sunt. Spiritus & anima sunt conjungendi, & redigendi ad corpus suum. (5) *Figura*, Lopus & canis sunt in una domo, postremo ex his unum fit. Hæc pictura oculis objicit lupum & canem inter se pugnantes. Mortificatio & albificatio. Corporis conjunctio cum anima. Spiritu imbibitio. (6) *Figura*. Hoc vere est magnum miraculum, & vita, fraus, in veneno Dronae, summa medicinam inesse. Hæc figura monstrat Draconem alatum, suam caudam devorantem. Mercurius recte & chemice præcipitatus, vel sublimatus in sua propria aqua resolutus & rursum coagulatus. (7) *Duae* aves in silva nominantur, cum tamen saltem una intelligatur. In figura hac apparet nemus, in cuius una arbore duæ insident aves, altera in nido, altera expansis alis moliens abitum. Humi reptit testudo i. e. denotans observandam esse regulam: *festina lente*, & multum tempus requiri ad complendum opus. Mercurius saepius sublimatus, tandem figitur, ut non amplius aufugere vel avolare per vim ignis possit. Toties enim sublimatio reiteranda quoisque fixus fiat. (8) *Duae* aves sunt nobiles & magni pretii, corpus & Spiritus, altera alteram consumit. In hac figura videntur duæ aves se invicem comedentes. Corpus iterum ponatur pro digestione in fimum equinum vel balneum, superfuso suo aëre vel Spiritu a corpore olim subtracto. Corpus factum est pro operatione ad album; Spiritus vero rubeus ad rubrum. Entium opus tendit ad perfectionem, præparaturque sic Lapis Philosophorum. (9) *Dominus* (sic sonat) silvarum potitur sua regno,

ab

ab infimo ad supremum gradum ascendit. Haec figura exhibet Regem coronatum in throno suo sedentem, dextra manu orbem, sinistra sceptrum tenentem, draconem sub pedibus calcantem. Ipse Rex est istius Draconis filius. (10) *Salamandra* vivit in igne, sic loquitur, ignisque hanc mutavit in optimum colorem. Istius figuræ hac est pictura. Reiteratio, gradatio, & melioratio, tinturæ vel lapidis Philosophorum. Augmentatio potius intelligatur. (11) *Pater* Filius cum Ductore sibi sunt juncti manibus. Corpus Spiritus & Anima hic subintelligitur. Hæc figura habet pictos tres viros, manibus sibi conjunctos, alter senex, alter excoronatus, sceptrum dextra ferens, juvenis in medio etiam coronatus, tertius quoque senex alis instructus. Ductor & Pater licet disjuncti appareant, tamen ambo sunt parens istius Filii juvenis coronati qui Patre & Ductore multo potentior. (12) *Alius* mons Indiæ in vase jacet, quem Spiritus & Anima, utpote Filius & Dux condescenderunt. Ductor & Filius Regis hic sunt in alto monte. (13) *Hic Pater* devorat filium : Anima & Spiritus e corpore promanant. Hæc figura depingit Regem in solio sedentem, filium suum coronatum aperto ore deglutientem, cominus spectante Ductore alato. Hæc devoratio & deglutitio filii est nova generatio filii, per quam hic patre fit major potentiorque. (14) *Hic* vehementer sudat pater. Oleum & tinctura Philosophorum ex eo promanat. Adumbratur Rex lecto incubans & sudans; sudando filium quem deglutiit parit ; guttae illæ sudoris in unam coalescunt massam nec vi naturæ, nec artis destruibilem. (15) *Hic Pa-*

ter & filius in unum sunt copulati, ut simul in æternum
maneant. Hæc est ultima figura elegans, tribus ornata
viris; Pater, Rex coronatus in dextra orbem, in sinistra
sceptrum ostendens. Ductor alatus in medio, Filius sce-
ptriger & coronatus. Ast quoniam filius patre major,
huic & orbis tradendus est. Hactenus Lamb-Sprinck.
Anno 1625. editus est liber Francofurti, qui inscribitur
Hermetico - Spagirisches Lust-Gärtlein / etiam appellata-
tur Dias Chimica Tripartita, in quo sunt 160. emble-
mata, quæ sunt desumpta ex opere medico chemico, Job.
Daniel Mylius.

Danielis Mylii. Extat etiam Tractatus, qui dicitur Cabala, vel speculum artis & naturæ in Alchymia, in quo
sunt octo imagines, quælibet imago multa offert em-
blemata lectori, totam artem ab initio ad finem docen-
tia. *Nicolai Flammelli* adepti præstantissimi scriptum
etiam emblematisbus insignioribus superbit. Praeter
emblemata utuntur Symbolis, quibus artem suam oc-
cultant, & occultando aliis suos artis filios informant.
Id genus duodecim Symbola concessit *Michael Meyerus*
Rernsburgo Holsatus, Rudolphi Imperatoris Archiater.
I. Hermetis Ægyptiorum Regis ita habet: Sol est ejus
conjugii pater, & alba Luna Mater, tertius succedit ut
governator, Ignis. *II. Marie Hebrææ* Symbolum:
Fumus complectitur fumum & alba herba crescens
super monticulis capit utrumque. *III. Democriti Græci* Symbolum : Pharmaco ignito spolienda densi est
corporis umbra. *IV. Morieni Romani* Symbolum:
Hoc accipe quod in sterquiliniis suis calcatur, si non
absque scala ascensurus cades in caput. *V. Avicenna*
Arabis Symbolum : Aquila volans per aërem, & bufo
gradiens per terram, catena juncti, sunt magisterium.

Et

Et hoc Symbolum insignibus suis adaptavit *Michael Meyerus Hermes nostræ Holsatiæ. VI. Alberti M. Germani Symbolum*: Omnes concordant in uno, qui est bifidus. Cujusdam Germani Philo Chemici Symbolum est: Quicquid non est vegetabile est ineptum ad opus. *VII. Arnoldi de Villa nova Galli Symbolum*: Lapis habetur ex matrimonio Chabriæ & Bejæ. *VIII. Thomæ Aquinatis Itali Symbolum*: Ex Sulphure & argento vivo ut natura, sic ars producit metalla. *IX. Raymundi Lulli Hispani Symbolum*: Corpus infantis ex masculo & femina procedit in actum. *X. Rocheri Baconis Angli Symbolum*: Elementorum fac æquationem & habebis. *XI. Melchioris Cibiniensis Ungari vel potius Transylvani Symbolum*: Lapis ut infans lacte nutriendus est virginali. *XII. Anonymi Sarmatæ Symbolum*: Saturnus humectat terram, portantem flores Solis & Lunæ. Hæc duodecim Symbola prænomina-tus *Meyerus* recenset, & docto Commentario expli-cat in suo Libro qui inscribitur: Symbola aureæ men-sæ, & egregiis ac elegantioribus emblematis illu-stravit. Est liber rarissimi commatis; Danos & Suecos omisit; jungam duo Symbola alterum Dani anonymi, alterum Sueci anonymi. *XIII. Nisi nemus facias in vitro non obtinebis Hesperidum poma. XIV. Sueci anonymi Symbolum*: ignivomus Draco nigerrimo alimento cibandus, & ense ignito percutiendus; tunc virus suum perdit. Dantur quoque qui sub fabulis Ro-mainen dictis, totum artificium Lapidis conscrip-se-runt. Inter quos unus præprimis excellit, qui duob⁹ vo-luminibus altero in folio, altero in octavo, per modum fabulae hanc divinam sublimioremque artem, litte-rarum

rarum monumentis demandavit. Quomodo Tollius & quidam alias, Ovidii Metamorphosin, de hoc processu accipient, notum. Legantur fortuita Critica Tollii. Sed quoniam istius Chemiae ignarus, hinc & earum fabularum infelix interpres. Tabula Smaragdina, cuius auctor Hermes Trismegistus, ab adeptis creditur esse fundamentum, cui plurimum tribuunt sublimioris Philosophiae Professores, de qua in hunc sensum scribit Magnus Sennertus: extat quidem, ait, tabula Smaragdina dicta, summæ apud omnes Chymicos auctoritatis; quæ in valle Ebron post diluvium inventa, sed incertis aucto-ribus, fertur; ab aliis, in sepulchro ejus a femina quadam Zara reperta, sed itidem incertis aucto-ribus, dicitur; & totius magisterii Chemici fundamentum, & modum componendi quandam medicinam universalem, quæ non solum metalla ignobiliora ad summam perfectionem ducat: sed & morbos e corpore humano tollat, idque ad ultimum vitæ terminum incolume conservet, continere creditur. Eam hic integrum tradere libet: Verum sine mendacio, certum & verissimum: quod est inferius, est sicut id quod est superius: & quod est superius est sicut id, quod est inferius, ad perpetrandum miracula unius rei. Et sicut res omnes fuerunt ab uno, meditatione unius: sic omnes res natæ ab hac re adaptatione. Pater ejus est Sol: Mater ejus Luna: portavit illud ventus in ventre suo. Nutrix ejus Terra, Pater omnis Telesmi totius mundi est hic: Virtus ejus integra est, si versa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, subtile a spissæ svaviter cum magno ingenio. Ascendit a terra in cælum, iterum-
que

Sennertus.

que descendit in terram, & recipit vim superiorum & inferiorum. Sic habebis gloriam totius mundi, ideo fugiet a te omnis obscuritas. Hæc est totius fortitudinis fortitudo fortis: quia vincet omnem rem subtilem, omniaque solida penetrabit. Sic mundus creatus est. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus hic est. Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes philosophiæ totius mundi. Completum est, quod dixi de opere Solis Lib. de Chemicorum cum Galenicis consensu, Cap. III. pag. 43. 44, 45. Videantur ea quæ prælixe de hac tabula habet Borrichius Libro de Ortu & Progressu Chemicæ, p. 72. 73. 74. 75. 76. Hujus Tabulæ expositionem vide Tom. I. Theatr. Chemicæ p. 362. usque ad p. 387. adde p. 684. 685. Magni etiam faciunt divinae Chemicæ Professores hoc Chemicæ monumentum, dicitur a Borrichio Chemicus Gryphus antiquus: Ælia Lælia Rispis, nec Vir, nec Mulier, nec Androgyna, nec Puella, nec Anus, nec Castra, nec Meretrix, nec Pudica, sed omnia. Sublata neque Fame, neque Ferro, neque Veneno, sed omnibus. Nec Cælo, nec Aquis, nec Terris, sed ubique jacet. Lucius Agatho, Priscius nec Maritus, neque Amator, nec Necessarius, neque Mœrens neque Gaudens, neque Flens, hanc neque Molem, nec Pyramidem, nec Sepulcrum, sed omnia, scit & nescit, cui posuerit. Hoc Ænigmaticum Epitaphium Bononiae studiorum ante multa secula marmoreo lapidi insculptum *Nicolaus Bernaudus* Tom. III. Theat. Chem. p. 744. usque ad p. 754. explicat de processu L. P. Quidam volunt, quod hic Bernaudus sit auctor Libri de tri-

bus Impostoribus. Vid. Bonvicinum contra Kircherum; sed male hoc critici ipsi tribui docet contextus hujus Libri. Anno 1700. d. 12. Jan. & Mens. Martio in Novellis publicis (teste Excellentissimo Cluero Mathematico summo hac nostra Holsatia oriundo, in sua Crisi temporum p. 151.) oblata est Noribergæ 4000. summa Imperialium Thalerorum, ei qui hoc ænigma solverit. Ast quid multis, licet hoc ænigma nihil aliud sit quam Lapidis Philosophici processus, ut recte Bernaudus allegato loco sentit & satis dextre explicavit: est tamen nodus Gordii. Posset & non male de Sale, accipi, prout id Sal *Quercetanus* Libro de prischorum Philosophia explicat. Vide sis &c. Nec, sinistre me judice, de statua salis Lothi uxorem exprimente accipi posset. Quod autem ad hanc oblatam summam attinet, hoc videtur ridiculum, (1) major quidem summa offerri potuisse, & tamen propterea adeptus esse non stitisset, ut hoc ænigma juxta L. P. processum evidentissime, & claris verbis interpretaretur. (2) Quis novit, qualem istius ænigmatis interpretationem, pecuniam offerens, in mente sua soverit reconditam, ille enim semper aliam interpretationem, vel plures explicationes opponere posset. (3) Quis Judget in hac lite constituendus, qui judicaret, an ænigma solvens rem acu tangeret, nec ne. (4) Qualis norma statuenda, juxta quam explicationes examinandæ, quoniam adeo multæ hujus ænigmatis solutiones leguntur, tot ferè, quot *ofia Nili & Thebarum portæ*. Hisce in chartam conjectis incidi in acta Lipsiensia anno 706. Mens. Febr. p. 88. 89. 90. 91. ubi varia-

rum.

rum explicationum mentio fit, & adducitur explica-
tio, quam clariss. *Franciscus Mastrius*, velut antiquum
in Bibliotheca sua repertum fragmentum recenset, &
al. l. legi potest. Verum quod pace tanti viri dixerim,
ut cuius magno honori, celebriori famæ, meritis in-
signioribus in Rempublicam nihil derogatum volo,
sed potius assurgo, & devote, ut tantis viris convenit,
veneror, & demiror, explicatio illa nimis coacta flu-
it, & falsa relatione innititur. Vix enim ovum ovo
tam accurate quadrat, (si ab explicatione *Nicolai Ber-*
naudi Chemici discedam) quam hæc inscriptio Statuæ
Salis, in quam *Lothi* conjux conversa, & autorem istius
inscriptionis ad *Lothi* uxoris metamorphosin alludere
voluisse, & hinc talen ænigmaticam inscriptionem
commentus. Quomodo hoc de meretrice accipi
potest; illa utique fuit mulier; quæque ante deflorationem
fuit puella, &c. nec *fame*, nec *ferro*, nec *vene-*
no periit, sed *omnibus*. Hoc etiam de homine, qui
morte violenta sublatus, non opus in eum sæviret fa-
mes, ferrum, venenum, omniaque simul, cum venenum
sufficiat, &c. & reliqua, quæ seqvuntur, minime de
homine mortuo, sepultoque possunt prædicari. Ve-
rum non ulterius huic ænigmati immorabitur, va-
riant etiam inscriptiones. Quænam sit authentica et-
iam primo evincatur, ulterius pergam, instituti ratio
prohibet. Nuper admodum de materia L. P. hoc legi
ænigma: Materia & processus L. P. est hic. *Rex CO.* *Ænigma.*
rona & aurea chlamyde splendidus in fontem lapsus pe-
tit fundum (habet hic fons hoc proprium, quod si
alii extra Regiam stirpem in hunc ruant fontem, non

fundum petunt, sed superficie fontis innatant) fontis
aqua illico totum ejus corpus una cum amictu & coro-
na in atomos resolvit. Hoc facto, totum cælum illi-
co palpabilibus tenebris obnubilatum. Non diu post,
nemus oculis pergratum ex cadavere Regis luxuri-
ans natum: quod perpetuus imber cælo defluens ir-
rigabat, donec per nemus auricoma aurora translu-
ceret. Quæ aurora præcessit diem resurrectionis
Regis mox assuturum. Quo Rex surrexit, omnes su-
os fratres consangvineosque lepra infectos suo halitu
mundavit, & in substantiam meliorem transformavit.

Enigma.

Alius hoc enigma habet: Cygnus quidam admodum
flavo tritico alebatur, hinc eis albedo in nigrinem
corvo assimilem commutabatur. Quam metamorpho-
sin cum Dominus Cygni animadverteret, doluit ipsum
jactura tam splendidæ albedinis. Cygnum ergo su-
um exposuit pluviæ e cælo defluenti, hinc in nemus
cygnus transmutabatur, quod totum perlustrabat id,
ita in solem hoc nemus conversum videbatur, immo Phæ-
bus tam copiose siuos in hoc nemus evibrabat radios,
ut merum solem esse quis diceret. Omnia, quæ hoc
nemus attingebat suo vapore, quem nunquam non e se
emittit, in solis substantiam mira quadam metamor-
phosi transformat. Quis tam Argus, vel tantus Oedi-
pus haec enigmata intelligat. Nec minoris obscuri-
tatis, vel æque nocte atra sepultum, quando suam
materiam mineralē, vegetabilem, animalēque vo-
cant. Ex adeptorum ore L. Cornelius Agrippa, L. 2. de
occulta Philosophia c. 4. sic loquitur: (Ipsum autem
Agrippam non fuisse adeptum, probant ejus Epistolæ, que
ple-

Agrippa.

plene sunt querelis de curiosa paupertate egestateque,
qua hic magnus Philosophus laboravit, ut ut lautis offi-
ciis fuerit functus, & magnorum principum, ipsiusque
etiam Imperatoris Clementiam fuerit expertus) unares
a Deo creata, subiectum omnis mirabilitatis, quæ in
terris & cælis est, ipsa est actu animalis, vegetabilis,
& mineralis, ubique reperta, a paucissimis cognita, a
nullo proprio suo nomine expressa, sed innumeris
figuris, & ænigmatibus velata, sine qua neque Alchy-
mia, neque naturalis magia suum completum pos-
sunt attingere finem. *Quercetanus* in suo opere de *Quercetanus*
priscorum Philosophia prolixus est, ut probet evincat-
que sub hoc nomine intelligi Sal, hinc quoque *Halchy-*
miam vult dici, vide sis c. 3. & pag. 17. ad p. 27, pro-
lixas commentationes de hac materia in *Theatro Che-*
mico reperies. Lege quoque *Martinum Birrium*, si *Birrius*,
ad manum, credo autem paucissimis esse cognitum.
Paganus, cuius doctissimum commentarium *Ms.* in *Paganus*.
Bibliotheca habeo, (& meretur, publice exstaret typis
exscriptus, neque ego publico invideo, si Bibliopola
fumptus facere velit, cum notis edam lubentissime) et-
iam de hac triplici tamen unius generis materia dis-
currat. Quæ est nec puella, nec mulier, nec merestrix,
nec *Androgyna*, sed *omnia*. Aequæ obscurum est:
Quod dicitur in definitione: gaudere accurate rotun-
da, & sphærica mathematice tali; ut nec per naturæ,
vel artis potentiam eam violare liceat, tam mordicus
istius figuræ tenax. Rotundæ figuræ genesis in li-
quidis vel fluidis acceptam Philosophi referunt pres-
suræ atmosphæræ. Ast ens hoc, quod Philosophi ade-

Rotunda
figura.

pti pro materia L. P. agnoscunt, habet per se figuram sphæricam perfectissimam, cuius figuræ efformatio prementi atmosphæræ accepta referri non potest. (1) *Quoniam* in se habet principium activum, non nisi perfectionem sui meditans, hinc innato instinctu impellitur ad illam figuram assumendam suæ naturæ, suoque genio apprime adæquatam, analogam & conformeam. (2) *Est centrum omnium rerum, ac centralem locum in omnibus substantiis corporeis occupans.* (3) *Ille Atmosphæræ motus quoque hoc ens pro suo veneratur centro.* (4) *Iudicat nullius Elementi dominio subjacet, uni enti suo compari obedit, ejusque nutui sese accommodat.* (5) *Iudicat ens & ipso ære spirituosius.* (6) *Illeque insitus motus, vel instinctus ad rotundam figuram est Symbolum, hoc ens in se fovere perfectissimam entitatem ad naturæ & artis pandoram.* (7) *Hæc figura in hoc ente est idea, vel icon suis visceribus latentis summæ Medicinæ ad oppugnandam superandamque hominum, metallorumque Morbonam.* (8) *Judicat, quod extra ejus sphæram tale quid queri, vel etiam obtineri non queat, sicque sit arca thesauraria omnium sublimiorum naturæ, & artis mysteriorum.* (9) *Illaque figura ostendit, quod ex eo solo ente, licet admodum laboriose, præter additionem alterius corporis, vel Spiritus, Nilus fluat, qui Ægyptum inundat, unde cornucopiae dicitiarum omnigenæquæ fortunæ.* (10) *Hæc figura etiam monet, quod sicut hæc perfectissima figura ita etiam ad assequendas istas suas intrinsecas dotes perfectissimum numen devote sit rogandum, ut sine cuius mise-*

cor-

ricordia nihil obtineri potest. Sicque Pseudonymus constans de *constantia* dictus de hoc puncto in definitionis circulo expresso philosophatur. Sed hoc est, & mihi manet ænigma. Quare autem adepti hoc suum magisterium sic ænigmatibus, fabulis, obscurant, nulla alia ratio est, quam ut indignos ab his sacris abarcant, ne porci in vineam Domini ruant, & margaritas suis conculcent pedibus, fontem Philosophiae limpidum turbent. *Paracelsus* materiam tincturæ c. XIV. pag. 133. hisce verbis manifestat: *Eft itaque* materia tincturæ margarita maxima, pretiosissimusque thesaurus, ac nobilissimum hoc omne, quod ex altissimi Conditoris manifestatione, meditationibus hominum obtingere potest. vide sis *Gerardi Dornei congeriem.* *Dorneus.* Statuunt autem communiter duas ad hoc Regis Palatium semitas horridas, spinis plenas, scilicet sicciam, & humidam, hanc breviorem, illam longiorem. Sed cum constet *Mirandulanum Comitem* (quem quoque *Hermeticis Philosophis Quercetanus annumerat* c. I. de *prisc. phil.* c. I. p. 7. Viginti aurum conficiendi modos habuisse. Plures ergo sunt viæ: ast bene notandum. Ars conficiendi aurum non statim præsupponit possessionem L. P. cum & detur remedium, quod natura in mineris gignit, cuius beneficio aliqua metallorum ignobiliorum in aurum possit fieri transmutatio. Quæ tamen ars, ut ut nobilis & optanda, multo inferior, & ignobilior est arte adeptorum, vel Philosophia adepta. Hinc etiam non omnis, qui aliquam artem aurum conficiendi calleat, statim pro adepto Philosopho æstimandus. Philosophia enim adepta arte con-

conficiendi aurum sublimiora arcana possidet. Docet etiam experientia, quod aliquibus hic pulvis aurificus obvenerit ex apertione sepulchrorum, in quibus adepti fuerunt sepulti. Tale exemplum Excell. Cluverus in suo doctissimo opere, (in quo Polymathia promiscundus latet inexhaustus, & ut plura id genus scripta cum erudito orbe communicare queat, Deus ipsi assistat suo Spiritu Sancto, animique vires, & corporis robur in sua senecta largiatur, id est, quod animitus optamus.) *Crisi temporum* dicto commemorat, anno 700. pag. 338. 339. Der Schott/ Alexander Setorius, welcher in Deutschland so viel herum gereiset/ und die Proben der Möglichkeit auch hier in Hamburg erwiesen/ hat/ nach dem Bericht einiger/ so seinen Zustand gewußt/ die Tinctur ebenfalls aus einem Kloster oder Grabe geholet. Ein merckliches Exempel aber hat sich erângt/ bey Eröffnung des Grabes eines Bischofes in England/ so vor etlichen hundert Jahren in den Römisch-Catholischen Zeiten gestorben/ und in der Province Wales sein Bisthum gehabt. Et hinc quoque Edwardum Kelleyum suam Tincturam accepisse, etiam probat supra laudatus Cluverus p. 89. quem & magnum impostorem proclamat. Quid per modum extractionis & cæmentationis fiat, & quomodo aurum & argentum ex ignobilioribus metallis extrahantur, multi sunt, qui docent. Novissime de iis extrahendi modis scripsit Axelmeyer. Cl. Axelmeyer in seinem Natur-Licht part. 2. pag. 14. 15. 16. & compluribus paginis. Unum dumtaxat ex eo adducemus, quod meretur considerationem, & legitur pag. 105. Aus Stahl das seine Silber zu bringen.
Diez

Dieses ist wohl zu verstehen / wann ein Stahl Silber ist / wie in Kärdten und Steyermark an etlichen Orten Stahl gefunden wird / der reich an Silber und Gold ist. Der Hittenbergische ist der beste / weswegen auch bey hoher Straffe verboten ist / denselben aus dem Land zu bringen / indem aus einem Pfund öfters ein Loth Goldes ist gezogen / zu verstehen aus iedem Pfund ein Loth Goldes und viel Silber / welches ich auch aus andern Stahl folgender massen gezogen habe. Hi & similes modi faciendo aurum vel argentum vocantur particularia, quid de iis tenendum sit, docet quoque Exc. Cluverus, pag. 315, 316, 317. &c. Aliis quoque jure hæreditatis pulverem hunc aurificum contigisse exempla complura ab aliis notata probant. Utut adepti hanc suam Corinthum satis munierint, nihilominus eam occupare queant, nulli labore, nulli sudori sumtibusque pepercerunt Sophistæ. Effluxerunt ni fallor 5 lustra, cum quidam homines, inter quos fuerunt Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Mercatores, Pharmacopolæ, aurifabri in societatem aliquam coirent ac quælibet grandia minarentur adeptis, nisi arcanum proderent. Illi minis plenas tres si adhuc probe recordor ediderunt epistles, ast adeptorum societas hac ex pelvi tonitrua & bruta fulmina risit. Hæcque turba buccinatoria dicta jam dudum desit. Alii, flectere si nequeo superos Acheronta movebo, clamant, ad Dæmonem confugunt, conurationes instituunt, de qua conurbatione tragicum exemplum commemorat nobilissimus Axel-meyer in seinem Natur-Licht part. I. Verum Deus tale arcanum quod a solius Dei extraordinaria misericordia

G

dia

dia dependet, Diabolus prodat, non permittit. Neque etiam ullâ experientiâ constat, aliquid quo vel Deum vel naturam penitus intimiusq; cognoscamus, ab ipsis magis Dæmoniacis fuisse traditum. Illa enim omnia vel sunt meræ imposturæ vel deceptoriaræ fascinations, vel causarum & effectuum fallaciæ. Qui autem animum ad labores chymicos appellunt, manumque operi admoveant, in diversis materiis operati fuerunt. Sicque (1) quidam ex saliva hominis, (2) quidam ex urina; (3) quidam ex Zenith virginum; (4) quidam ex lachrymis; (5) quidam, horresco dicere, ex semine humano; (6) quidam ex pluvia tonitruali; (7) quidam ex rore Majali, in quo sat felices labores chymici possunt institui; sed hæc arcana non temerè prodenda. At ad lapidem conficiendum nihil conferunt, habent enim alium rorem ex suo cælo philosophico defluum in sua prata floribus luxuriantia; (8) quidam ex aëre materiam vel sal extrahere volunt, quō lapidem componant; (9) quidam ex pane; (10) quidam ex ovis; (11) quidam ex antimonio; (12) quidam ex vitriolo. Verum quidnam per antimonium & vitriolum adepti intelligent, hoc Oedipus non Davus divinabit; (13) quidam ex sulphure; (14) quidam aliquando sibi hoc aureum vellus promisit ex stipitibus uvarum passarum; (15) quidam magni nominis vir multos sumitus fecit, ut pararet lapidem Philosophorum, sed elegit pilos rubræ vaccæ &c. (16) Quidam ex cinabari nativa, quoniam Jacobus Bohm suo Epitaphio signum chemicum cinabarim nativam denotans inservit. Quod Jacobus Bohm Philosophus Teutonicus
sci-

scientiam theoreticam istius arcani habuerit, probant ejus Epistole & aurora. Ast quod nunquam isti operi manum admoverit, fatetur. Quidnam itaque per *cinabarim* intelligat, norunt superi, istiusque Philosophiae adeptæ mystæ. (17) *Quidam ex sale;* sed intelligunt forsan sal metallicum, nam omne metallum in se spectatum est sal, (vel igneum, vel sal aereum, vel terrestre: Tria enim dantur salia generalia) quoniam in sua aqua adæquata & homogenea dissolvi potest, cui sententiæ adstipulatur *Quercetanus* al. l. illud sal ad medicinam, nisi præparetur, inutile. An (18) *Connubium Solis cum Mercurio* (quod *Magnus Cluverius* al. pag. 419. *Spurium* vocat) sit materia adæquata ad L. P. disquirant, & scrutentur illi, qui adeptæ Philosophiae Oceanum bolide experientiæ, & rationis explorarunt. Nobis in hac nocte nullus phosphorus monstravit viam, hinc & nostræ rates legent littus, donec aliqua eluceat stella, quæ viam ostendat. Quis potest omnes illas ineptias vanorum hominum recensere, & pœnitet istis nugis impendere chartam. Quemadmodum ineptiunt sophistæ in L. P. confiendo ex materia minime adæquata. Non secus ineptiunt isti impostores, qui *aurum potabile* vel *veram tinturam auri vendunt*. Ast nihilminus est, cum verum aurum potabile, vera auri tintura, sint solius adeptæ Philosophiae effectus, ut qui hujus perfectam cognitionem non habet, hic & neque verum *aurum potabile* & *veram auri tinturam efficere potest*. Sed mundus vult decipi. Quod si hoc aurum potabile & hæc tintura auri ad examen concederentur, impostura se proderet. Sexcentæ descriptiones vel processus sunt,

Crollius. ast successu suo debito carent. Hinc recte olim mag-
nus Chymicus Crollius dictus, aurum non potabile
sed putabile vocavit.

THESIS. III.

*Magistratui nullum alind jus in adeptum, ejusque
hac arte Philosophica acquisitas divitias, quam
in obsequentissimum subditum competit, nisi gra-
ve delictum, vel crimen laesa Majestatis com-
miserit.*

Exegeſis.

*Magistra-
tui nullum,
jus in ade-
ptum.* Occasionem, hanc theſin poneremus, nobis mul-
tæ historiæ, quomodo quidam adepti vel an sua ipſo-
rum culpa? vel an magistratus nimia auri cupiditate
impulſu admodum dure & tyrannice fuerint habitu? dederunt. Dico, vel an sua ipſorum culpa? nam qui-
busdam hominibus hoc proprium est, ut nimia sapientia inflare ſoleat animum & ad honorem aucupan-
dum nullam negligant anſam. Hinc cumprimis illi
quibus contigit hoc ſummum naturalis scientiæ fasti-
gium attingere, ut propterea ſe extollant, & in prin-
cipum aulas irruſtant, & non ſatis prudenter ſe ger-
rant, hinc illi ſe in exitium præcipitant, cum me-
miniffe deberent: (1) quod adepti Philosophia talis fit
scientia, qua unice ab extraordinaria Dei misericor-
dia dependeat, & eam prodere non liceat, niſi male-
ditionis fulmine a Deo percuti velint; (2) bujus mun-
di optimates iſti prædæ ſacra auri fame laborantes in-

hiare; (3) illorum exemplorum tragicorum relationes, quæ in aliis adeptis antehac contigerunt, ne ita præcipitanter sese comitterent isti nunquam tranquillo magnatum aularum oceano, in quo nemo citius naufragium facere potest, quam illi ipsi qui ad *Plutonis* antrum pandunt viam, aliud docerent. Interim magistratus nullum jus habet in adeptum, vel divitias hac arte vel magisterio conquisitas. Et ut hoc magis clareat, & hujus thesis veritas eluceat: (1) Personam adepti definiemus: *adeptus est ejusmodi persona & hisce qualitatibus gaudet, ut ex singulari Dei clementia atque extraordinaria quodammodo revelatione cognitionem naturæ tam perfectam habeat, ut eius intrinsecos abditos recessus medullitus cognoscat, & exinde promanantia mysteria in summi Numinis gloriam humani generis salutem parare sciatur, bincque quam citato huic scientie gnarus factus, Dei sincero cultui, mundo autem mortutus sese devovens, & quantum per humanam imbecillitatem licet, Dei legibus conformem agat vitam, solius Christi merito fretus.* Hæc est descriptio adepti veri, & qui has proprietates non habet, is nec adeptus dici vel haberi potest. Hæc definitio cuilibet, qui artem aurum conficiendi callet, non competit, cum præter L. P. etiam alii dentur modi aurum conficiendi, ut superius evicimus. (2) *Respectu magistratus*, ut quoque omnis Christianus pro fundamento omnium actionum præter timorem Dei habebit charitatem, & subditos suos tanquam filios paternæ curæ commissos tractabit. Stante hoc principio, nullum aliud jus magistratui competit in adeptum quam in

devotissimum subditum. Politici & juris naturæ & gent. interpres prolixii sunt in definiendo *eminens dominio*, cuius vi & potentia vel & consequentia omnia quæ subditi possident bona magistratui adjudicant, imo & subditos quoad corpora & vitam eorum arbitrio exponunt. Verum ejusmodi eminens dominium apud barbaras gentes non autem apud Christianum magistratum in usu est. Hinc & Politici *eminens dominium* apud magistratum Christianum usitatum hoc paeto definiunt: *Eminens dominium consistit in summa potestate Principis* vel alterius reipublicæ in possessiones & bona civium, ob utilitatem publicam de illis libere disponendi, ac in usum Reip. convertendi summâ necessitate exigente, ast tamen ita ut ex æquitate quadam is qui exinde damnum passus est, per compensationem sublevetur. Hanc definitionem hisce verbis paucis immutatis habet Excell. Clasen, olim Celeberr. Prof. Helmstad. in sua politica, l. 3. c. 10. §. 11. p. 453. Quod si nunc juxta normam hujus definitionis expendamus potentiam magistratus in subditum, tunc utique (1) *hoc eminens dominium* non infert turbationem possessionum privatarum rerum, nisi quod dispositioni id est, legibus a suprema potestate latis juxta jus nat. & gent. superioris potestatis maneant subjectæ; (2) nec *dominium eminens* rapacem quandam importabit invasionem, sed sublimiorem aliquam potestatem utendi rebus subditorum quoties inevitabilis necessitas, & non voluptas cœca ac furens libido rapiendi subditorum bona sudore quæsita efflagitaverit. *Quatenus* *unde aliquis adeptus est* subditus alicui potestati supre-

mæ,

mæ, eatenus etiam tanquam subditus devotissimum obsequium debet suo superiori, ad quod ipsum impellit pietas, cui se totum mancipavit; hic etiam exigente necessitate imo ex amore erga suum Principem vel Remp, iussus lubens magnam auri vim ad conservationem Reip. largietur, dummodo ista auri vi periculum a Rep. avertere possit. Divitiæ quas possidet adeptus longe alium statum habent, quam aliorum hominum opes. *Alii suas divitiæ* benedicente quidem Deo sua industria, vel mercatura, vel opificio, vel agricultura, vel studiis acquirunt, & ad eas acquirendas aliorum hominum auxilio opus habent, & mutuum commercium requiritur. E contra vero adeptus suas divitiæ ex admodum singulari & extraordinaria Dei misericordia, noctes diesque apud Deum precibus instando, ignique perpetuo assidendo nanciscitur. Ita ut recte de eo dici queat, *non est volenvis, neque currerentis, sed solius Dei miserentis.* Hinc & illæ adepti divitiæ sunt *similes dono*, quo Deus Jacobum Patriarcham donavit, ut oves variegatos baculos intuendo, agnos quoque variegatos parerent. Hoc donum ipsius Jacobitam accurate divitiis adepti, ut *ovum ovo quadrat.* Nam licet Jacob ex naturæ instinctu sciret phantasiam multum posse in prægnantibus animalibus, tamen nil quicquam effecisset, nisi in Deum fuissepius, & nisi Deus singulariter benedixisset. Sic etiam adeptus Philosophus naturæ mysteriorum gnarus novit ex natura metallorum, quod metalla ignobiliora possint in nobilissima transmutari. Hincque illa scientia instructus aggreditur opus, soli Deo solum

tem suam sine intermissione precibus instando committens ac piam vitam agens, sicque Dei auxilio fretus extraordinario aureum obtinet vellus. Hinc & adepti divitiae tali titulo consideratae, alio etiam titulo considerari non possunt, non sunt objectum eminentis dominii. Sive eminentis dominium capiatur *sensu duriori* i.e. *tyrannico*, seu *sensu molliori* i.e. *Christiano*, nisi quod sponte, ut dictum, in casu necessitatibus conferat cum compensatione sui damni. Pejoris enim conditionis esse non potest quam alius subditus. (3) Probat experientia quod divitiae mercatoris quas ille bono lucratur titulo, non temere aut per modum rapinationem: & quemadmodum honestus mercator divitias bono titulo lucrans cogi non potest, reddat rationem quo titulo lucretur, quam diu inculpatæ famæ est, & nil mali de eo constat; multominus adeptus homo probus, Deo & magistratui fidus, quod nomen adepti præsupponit, cogi potest, ut suas divitias citra necessitatem tradat, imo ut quoque prodat tantum arcanum quod prodere non licet. Et magistratus potest esse contentus, si sufficienter conferat, quæ leges jurent, ut sunt contributiones, veetigalia & alia onera civium. Si autem violentas manus inferant, quod contra omne jus tam divinum quam humanum, potius crudelissimum martyrum subibit, quam ut hoc divinum magisterium prodat. Quam graviter autem communiter adeptos quidam magistratus persequuntur, squalidis carceribus includant, quam gravia tormenta minentur, ac actu eos subjiciant, non secus ac si pessimi, fa-

facinorosi, flagitiosi, parricidæ, regicidæ &c. satis cognitum est. Imo nunquam ullus facinorosus tam peccati criminis fuit reus, qui non magis civiliter fuerit habitus, quam adepti quibusdam in locis sunt habiti. Tamen omnes ejusmodi cruciatus & torturæ crudelissimæ imo gravissima supplicia eos istuc adigere non potuerunt, ut arcanum proderent. Maluerunt millies occidi, quam *Harpocratis* sigillum effringere. Quæ omnia fiunt *contra ius*, ut dictum, & *charitatem Christianam* & paternum amorem quem magistratus subditis debet. Quodsi eos vivere sinerent in tranquillitate, ut alios subditos, Ecclesiæ, Reip, Scholis, pauperibus, egenis, in exilium ejectis, apud barbaras gentes captivis possent esse *auxilio & solatio*, & Reip. ornamen^to, imo fulcro. Conceditur quidem in Rep. tranquilla habitatio hominibus, qui sunt inutilia terræ pondera & cœno voluptatis sese quotidie immergunt, ac pessime traducunt vitam; & vix magistratus sibi vindicat jus in illorum bona: quantominus male habendi sunt adepti, qui sunt innocentes & Deo dilecti filii, mundo mortui, Deo, magistratui ac proximo dumtaxat viventes, voluptatis luto minime se immergeentes, sed exempla omnium virtutum. Quilibet Magistratus potius, plurimis adeptis Respublica abundaret, & ut eos in suam Rempublicam allicere posset, id operam dabit. Tunc ipsi inexhaustum ærarium, unde nervus rerum gerendarum desumendus. Talis Respublica esset felicissima, in qua non necessariae exactiones, contributiones, & id genus expensæ, quibus subditi nimium premuntur, ac inquibusdam locis

locis ad calamitosam, & clamosam paupertatem adiunguntur, ut vix tantum superfit, panem atrum ex jure besterno habeant, quo & non sine suspirio ad Deum alto pectore ducto vescuntur. Imo tales etiam adepti suis precibus, suæ pietatis exercitio, cui maxime dant operam, multa mala, & infortunia a civitate averterent. Horum enim vitæ praxis non est nisi perpetuum pietatis exercitium. Boni & pii, Christianique magistratus votum est: Devotos, obedientes, pios, justos; non refractarios, non contentiosos, non litigiosos, non seditiosos, impiosque habeat subditos. Tale quid, non nisi bonum, non nisi legibus divinis, & conforme humanis, ab adeptis sibi potest polliceri magistratus. Ut quorum animi non nisi tranquillitatem amant, & desiderant, & sibi honori ducunt maximo, si magistrati, Dei vicario devotissimum obsequium praestare queant. Hæc omnia demonstrant, magistratui nullum aliud jus competere in adeptum, quam in quemlibet obsequientissimum, devotissimum, pliumque proumpue subditum.

THESES IV.

Studium Chemiae in Republica sit liberum necessarium est.

Exegetis.

*Chemia in
Republica
admitte-
da.*

Chemia utut sit ars ad hominum salutem conferandam & lapsam reparandam, & eximia Reipublicæ commoda praestet, & hinc apprime necessaria, ita ut Medicus qui eam ignorat, careat dextra & lèva plumbum.

beoque gladio Morbonam aggrediatur. His non obstantibus adeo quibusdam exosa est, ut eam e Rerumpublicarum pomero proscriptam velint, ut modo edita prohibentia, modo edicta permittentia (hodie enim Medorum consuetudo exulat) promulgentur. Id genus exempla commemorat der gelehrte *Criticus Criticus*: de Anglia &c. Quod autem adeo male audiat & sic quibusdam sordeat, hoc venit propter impostorum Sophistarumque copiam, qui mundi Magnatibus & aliis hominibus falsos processus vendendo imponunt. Hujus furfuris fuit *Kelleus*, cuius fraudis historia hic inseratur est operæ pretium, quomodo, & qua occasione *Edward Kelleus* impostor sit factus, & ad falorum processuum propolas pertineat, docet hæc historia, quam prælaudatus *Cluverus* al. l. p. 389. narrat. Der *Cluverus*:

Bischoff in der Province Walles hat nicht allein ein Buch mit allerhand Figuren und Charakteren / die Kunst in sich haltend/ mit in Sarg genommen: sondern auch zwey elffenbeinerne Büchsen / die eine mit der Tinctur ad rubrum, die ander ad album mit hinein zu legen befohlen. Wie nun der Pöbel zur Zeit der Reformation die Gräber zu spoliren angefangen / ist ungefähr ein Wirth selbigen Orts/ das Buch in die Hände gekommen / die Büchsen aber mit den Pulver / weil niemand gewusst / was es zu bedeuten gehabt / hat man den Kindern damit zu spielen überlassen / wie nun ungefähr *Edward Kelley* des Orts ankommen / und das Buch ersehen / ist er mit demselben Wirth des Kaufs einig worden / wie man aber die elffenbeinerne Kugeln visitiret / ist ein Großtheil von den rothen Pulver verschüttet gewesen/

Cuidam quoque in nostra Holsatia talis pixis eburnea ex quodam scopelismo effossa plena rubro pulvere fortuito in manum venit; ille improvidus homo, hunc pulverem ejecit, ut lucraretur pixidem. In talibus inventis magis *cate & caute* procedendum) die anna-
dere aber nach in guten Stande befunden worden. Wor-
auff sich wieder nach Londen begeben / und mit seinem
vorigen Freund Joh. Dee. die Proben unternommen.
Folgendes sich nach Deutschland verfüget / und bey dem
Käyser Rudolpho in Böhmen solchen Credit erlanget/
als wenn er alles selber würcklich gemacht / und die gül-
dene Kunst von Grund aus studiret hatte. Aber es ist
ihm schlecht ergangen ic. weil er falsche Processen verkauf-
set/ut alii dicunt; hinc Sophistis annumerandus. Alii ex-
cusant, & adeptis accensent provocantes ad librū, quem
anno 1596. 14. Oct. Rudolpho II. dedicavit. Tractatus,
quem olim perlegi, non excusat, quo minus Dn. Chu-
vero subscribam, quod Sophistarum numerum auge-
at, & falsorum processuum propola sit. Sed horum
ingens copia fraudulentorum in omni mundi angulo.
Verum quid hoc ad artem in se consideratam? quod si
artes propter artificum & sophistarum abusum da-
mnandæ essent, quænam hodie probaretur? Aliud
quippe ars est, aliud artifex bonus & sophista; alias
usus, alias abusus artis. Judicium & delectus adhibe-
atur, separantur paleæ a granis in arena, mali pisces
a bonis in sagena, adulterini nummi a probis in Re-
publica, sophisticantes aurum & argentum a peritis
artificibus. Quod ex Jurisperitis quidam Alchymi-
am damnent, notum est ex summa *Angelica de voce*

Al-

Alchymia. Eandem tibiam inflat *Cassaneus* in Catalogo gloriæ mundi consid. 40. Ast in toto jure civili nullus occurrit textus, qui in totum & expresse studium hoc prohibeat. Potest quoque magna caterva Juris Consultorum opponi, qui Chemiam approbant, eique manum admoverunt, & non sine fructu Reipublicæ. (2) *Hec ars* facit ad pietatem, nam communiter de Chemia dicitur, *quod hominem pium faciat vel inveniat.* Et nunquam verus adeptus inventus, qui exul fuit a sincera pietate & vero divini numinis cultu. Et quomodo hæc ars cum Theologia symbolizet, ostendit Pet. Job. Faber in suo *Hercule pio Che-
mico*, & in suo *Alchymista Christiano*, &c. (3) *Alchy-
mia* est speciale & extraordinarium Dei donum a Pa-
tre luminum profiscens, quod Deus, ipsum vere ti-
mentibus & soli Deo viventibus, mundoque mortuis,
& non nisi ardenteribus precibus apud eum instantibus
largitur, & quando abutuntur rursum adimit. (4) *Ma-
gna* quoque est caterva mundi optimatum, Regum,
Principum, qui huic arti dederunt operam: quorum
agmen ducit Rudolphus II. Imp. Rom. ex antiquis Ge-
ber Rex Arabum, cuius *Chemia* exstat, & ab adeptis
magni æstimatur: majorisque æstimanda foret: si
Pagani in eum commentarius excuderetur. *Mojen*
etiam Legislatorēm Ebræum, quo cum Deus tam fa-
miliariter, ut amicus cum amico locutus est, Chemiae
eallentissimum fuisse. Eum quippe in orni Hægyptiorum
sapientia eruditum fuisse afferit Spiritus Sanctus
in Apostolorum actis. Sapientia autem Hægyptiorum
maximam partem sita fuit in Chemia. Vide sis *Magni*

Bor-

H 3

Borrictius. *Borrictii opus aureum de Ægyptiorum Sapientia. Beneficio Chemiæ vitulum aureum in pulverem redigit, ignis enim vi aurum in pulverem converti non posse, sed incorruptibile in eo perseverare omnium Chemicorum, omniumque aurifaborum unanimis confessio est. Neque etiam eo fine calcinavit, ac in fluvium conjecit, ut fundum peteret, sed ut signaret potatores signo aliquo, quinam essent istius idololatriæ rei, nocentes, & innocentes, ne Levitæ gladio savigrent promiscue in nocenteis & innocentibus. Et ex Theologis magnus numerus citari posset, qui Chemiæ arcanis strenue navarunt operam. Sed opponunt artis difficultatem, quod sit labyrinthus inextricabilis, & hinc fieri ut homines sua bona dilapident & decoquunt cum Reip. damno. Sed quid hoc ad artem, quod quidam temere ejus studium aggrediantur; deberent sequi præcepta, quæ Chemiæ Professores suæ artis cultoribus dant. Et si illa observarent, tum utique non est labyrinthus. (5) *Chemia est utilis Reip.* siquidem ex ejus studio multa commoda in Remp. redundant, unde (1) *ars pyrotechnica* posset augeri, ut nihil dicamus, quomodo in curandis morbis plus præstet, quam *ars medica Galenica*. Imo edit quotidie talia experimenta, quæ stupet mundus; quemadmodum id genus est, quod narrat *Exc.* *Cluverus.* *Cluverus* in sua crisi temporum (quod opus omnigenæ eruditioñis cornucopiae est; in quo animum oblectare possumus) p. 365. ann. 1700. mens. Sept. *Die Experience*, so man Anno 1674. in Italien zu Mayland wahr befunden / wie aus Blei ein liquor zu extrahiren sey / vermöge dessen das gemeine Schreib-Papier unverbrenne*

brenlich kan gemacht werden/ so gar/ daß der Goldschmidt Eleganti-
 beständigs Modelle und Pappeln daraus bereitet/ um Bil- ora habet
 der und andere Figuren von Silber darein zu giessen / er= autor Desi-
 weiset/ daß in den andern Metallen nicht wenig Verwun- nitionis Che-
 derungs- würdige Eigenschaften enthalten seyn / welche mia, quam
 anderswo zu specificiren / sich eine Gelegenheit erängnea pag. 64. de-
 mag. Imo in dies nova hoc Chemiæ gymnasium partu- dimus.
 rit stupenda experimenta ac in iis luxuriat. Evolvat
 quis ea quæ edit Societas naturæ, quam Gloriosissimus
 Rex Gallie Ludovicus XIV. instituit, ut nihil dicamus
 de Societate Borussiae, de Societate Leopoldina, & de pri-
 vatis Chemicorum laboribus. Quæ Chemia si ulterius
 se Scrutinio naturæ mancipet, & paullo pensiculatius
 scrutetur Philosophiam igneam dictam, cuius duntaxat
 unicum adhuc specimen habemus, scilicet quod phos-
 phorus extrahatur ex urina: qui phosphorus abduc ma-
 gis perfici, ut loco candelæ in tenebris inservire posset
 & biolychnum ex eo confici ac medicina quædam
 universalis. Sed hæc sunt Eleusina sacra, de quibus
 fari non convenit neque etiam decet. Talia innume-
 ra adhuc in se habet recondita philosophia ignea dicta.
 Quod autem substantiæ corporeæ intus in se aliquem
 ignem habeant reconditum. Quem ignem si perartem
 aliquam sistere liceret; admiranda phænomena edere
 liceret, de quibus prisci Chemici, sed admodum ænig-
 matice more solito scripserunt. Huc pertinet ille ignis,
 cuius mentio fit in historia Maccabæorum, qui in spis-
 fam conversus aquam. Unum ex istis antiquis inven-
 tis deperditis ex orco revocarunt Chemiæ cultores sci-
 licet phosphorum exlotio. Quem perfectiorem dare li-

DEO INFINITO EONO SI ETERNALIS

63

ceret ex sanguine. Et quod hic phosphorus in perpetuum lumen ac Spiritibus analogum Balsamum transmutari possit, verisimile est. Quam magnum commodum & emolummentum non redundaret in Rempublicam, si societas Chemicorum peritissimorum institueretur: *Vide Para-*
cels. de La- lautis præmiis mactaretur, ac necessariæ expensæ ad opid. P. in pera Chemica concederentur. Tunc demum eluceret, *Secretoma-* quā divina sit Chemia. Hæc societas non ex multis membris consarcinanda. Sex sufficerent una cum præside. *gico p. 685.* Bini singuli ad aliquid regnum corporum naturalium examinandum. Duo ad regnum animale &c. Præses es-
aureo li- set septimus, coram quo sua experimenta exponerent, & examinarent. Sicq; innumera mysteria ex puteo Democriti extraherentur. Claudimus hac descriptione *bello.*

**Chemiæ: chemia est animal monstrorum equidem multa capita possidens, oculos similiter infinitos, dentes innumerabiles, licet nigerrimos, manus plurimas, dextræ sc̄q; se-
 ptæ tantummodo pedes & hos debiles, caudam solummodo unicam longissimam tamen ac totam mundi machinam cingere nitentem; de hac definitione arbitrentur docti, & divinent quis sit autor. Habet autem autor hanc definitionem c. 3, p. 324. Hæc descriptio, quomo-
 do eam veri artis cultores sophistæ tractant, depingit. Et etiam docet, quam amplissimum mysteriorum cornucopæ in suo studio laborantibus largiatur. Hæc sunt quæ hac vice de naturæ & artis pandora dicere placuit.**

Problema! cuius solutionem a doctis peto! Quodsi protoplasti in statu innocentie permanissent in quem nam tum usum meralla a Deo, (ue qui, & naturæ nihil frustra faciunt) essent facta? si quidem omnia ea, ad que metallæ hodiæ adhibentur, apud protoplastos non fuissent in usu vel observantia?

DEO INFINITE BONO SIT AETERNA LAUS.


Ab: 155 159



sb.

VII





95.

AUXILIANTE DEI CLEMENTIA
DISSERTATIO PHYSICA
FRIDERICIANA,
Sistens
**HERMETEM TRISMEGI-
ASTUM INTRA SINDONEM
COGNOSCENDUM,**
&
PER TABULAM SMARAGDINAM
**NATURÆ ET ARTIS
PANDORAM MUNDO
PORRIGENTEM,**
Quam
SUB PRÆSIDIO
JOH. LUDOV. HANNEMANN,
D. & Phys. PROFESS. PUBLICI ORDINARI
LEOPOLDINÆ SOCIETATIS COLLEGÆ
NESTORIS II.
Defendet
HENR. ADOLPH. DE WETTERING.
SARAU-HOLSATUS.
Die 3. Septembr. An. 1707.

KILONII,
LITERIS BARTHOLDI REUTHERI, Acad. Typogr.

